

51.

957, mayo 26.

Teodorico y su esposa hacen donación a San Cugat de ciertas tierras que habían comprado en Cervello.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 46 (n.º XL.III).

A. C. A., Cart., f. 221, n.º 683.

In nomine Domini. Ego Teoderico et uxor mea Traselenda, donatores sumus ad domum s. Cucuphati mr. Manifestum est enim quia sic placuit animis nostris, et placet, nullius quoegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria expontanea nobis hoc elegit nostra voluntas, ut carta donacione fecissemus de aliquid de proprietatem nostram ad predicto domo s. Cucuphati, cuius baselica sita est in locum que dicunt Octaviano, qui distat octavo miliario a Barchinona civitate, sicuti et facimus, donamus ibidem terra nostra propria, qui nobis advenit per nostra comparacione. Et est ipsa terra in comitatum Barch., in terminio de Castro Cervilione. Et affrontat ipsa terra: de oriente in ipso channedo, et de meridie in terra de Stavilia, femina, et de occiduo in terra erema, et de cerci in terra de Gotremundo. Quantum istas afrontaciones includunt, sic donamus ad predicto domo, vel ad eius servientes, cum exio vel regressio suo, ad abere vel facere omnia quod voluerint, in Dei nomine, firmam abeant potestatem. Quod si nos, donatores, aut ullusque omo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ipsa terra cum omneni suam inmelioracionem ad predicto domo vel ad eius servientes, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione vii.º kal. iunii, a. iii. regnante Leutarius, rex.

S+m Teoderico; S + m Traselenda, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S + m. Teodosio; S+m Ansefredo; S+m Fredario.

X Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

52.

957, junio 4.

El presbitero Malanreco da a San Cugat la propiedad que tenía en el "Canyet" del castillo de Cervelló, para bien de su alma y la del difunto Guistrimiro.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 46 (n.º xnv).

A. C. A., Cart., f. 222v, n.º 690.

In nomine Domini. Ego Malanrecus, presbiter, donator sum ad domum s. Cucuphati. Manifestum est enim, quia placuit animis meis, et placet, ut donarem fecissem ad predicto domum aliquit de proprietatem mea, sicuti et facio. Dono ad domum s. Cucuphati terra mea propria, quod abeo per mea comparacione; qui est in pago Barch., in terminio de castro Cervilione, in ipso Canneto, iusta alveo Lubricato. Et affrontat: de parte circi in ipso Canneto, de aquilonis in terra de Vuifredo, filio qd. Mironi, comiti, de meridie in terra Quintilant, de occiduo in ipso regario. Quantum infra istas afrontaciones in-

cludunt, sic dono omnia ipsa terra ad Deum et ad domum s. Cucuphati, ab integre, propter Deum et remedium anime mee, et de qd. Vuistrimiro, et de meo iure in eius domo trado potestatem, ab omni integritatem, et exios et regresios earum, a proprio. Quod si ego donator aut ullusque homo, qui contra ista donacione pro inrumpendum venerit, in primis iram Dei incurrat, et cum Iudas Schariothis participes efficiat, et ad s. Ecclesia et ad comunione extraneos efficiat, et postea non hoc valeat vindicare, sed comportat, aut componam ipsa terra in duplo et sua inmelioracione, et hec donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donadone n.º non. iunii, a. iii. regnante Leutario rege.

S+m Malonrecus, presbiter, qui hanc donacio fecit et testes firmare rogavit, et ss.; S + m Honoratus, presbiter, ss.; X Bernus, presbiter, ss.; S + m Dacho, presbiter, ss.; S + m Ermegilde, levita, ss.

Ss. Petrus, presbiter, qui anc donacio scripsi et ss. sub die et anno quod supra.

53.

957, octubre 21.

Eldovara y sus hijos, cumpliendo la ultima voluntad de Suniemir, entregan a San Cugat un huerto que poseian en Llerona.

REGESTA: MAS, *Notes*, ii, 39; iv, 39 (n.º xi,v).

A.C.A., Cart., f. 349, n.º 1024.

In nomine Domini. Ego Eldovara, femina, et filiis meis his nominibus: Durate et Seniofredus, Vuilierada, donatrix sumus domum s. Cucufati cenobii, qui distat a Barchinona civitate octavo miliario. Magnum michi et satis licitum esse videtur domum Dei edificare ubique, et de rebus meis honorare adque audiente predicacione sanctorum Patrum, quia elemosina a morte libera anima, cognoscente me peccati macula honustum, compunctum divina pietate ut pius et misericors sit Deus in peccatis Suniemiri, vel de nos manumisores; propterea donamus adque concediraus orto, qui nobis advenit de qd. Suniemiri, quod illi iussi dare a domum s. Cucufati, propter Deum et remedium anime Suniemiri, vel de nos supradictos. Et est ipso hortus in comitatum Barch., in Vallense, in terminio de Lorona. Et afronta ipso horto: de orientis in ipso horto de Flavio, et de meridie in ipso horto de S. Petro, et de hocciduo in ipso rio de Vallense, et de circi in orto Mariam, femina. Quantum in istas iii.º^{of} afrontaciones includunt, sic donamus ipso horto superius scriptum ad predicto domum s. Cucuphati, cum exio vel regresio suo; quem vero predicto ipso horto de nostro iure in potestate hoc tradimus servientes ipsius ecclesie, ut ab odierno die et tempore libera, in Dei nomine, abeat plenam potestatem f aciendi exinde quod voluerint secundum recula s. Benedicti. Quod si nos donatores aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum non hoc valeat vindicare, set componamus hec omnia superius scripta a domum s. Cucufati in duplo cum omni sua inmelioracione, et in anc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione xii. kal. nov., a. iiiii. renante Leutario, rex.

S + m Eldovara; S + m Durantes; S + m Suniefredus; S + m VuiKerada, simul in unum, qui ista clonacione fecimus, et firmare rogavimus; S + m Albinus; S + m Luila; ^ Teudericus, sacer.

X VIFREDUS, presbiter, qui scripxit, et ss. die et anno quod supra.

54.

957, diciembre 31.

Cecilio y Ermegilda dan al Monasterio casas, corrales y tierras que poseían en Caldas, en el rio Memó.

A. C. A., Perg. mon. San Cugat, n.º 15, Original muy deteriorado.

In nomine Domini. Ego Cecilio et Ermegilde, donatores sumus domum s. Cucufatis cenobii. Manifestum enim quia placuit [animis nostris, et placet ut aliquit] || de proprietate nostra donare fecissemus domum s. Cucufati, sicuti et facimis. Donamus ibidem cassas nostras cum solo et superposito et [cum curte et terra] quod habemus in comitato Barch., in locum Callense, in terminio de rio Memone. Et advenit nobis, ad me Cecilio per mea comparatione [et] ad me || Ermegilde per ienitores meos. Et affrontant ipsas cassas et curtes et terra: de orientis in ipsa via, et de meridie in terra de . . . cio ; et de occiduo in terra de Sanla, et de circi in terra de Adalnira et suos eres. Quantum infra istas affrontaciones includunt [sic donamus ipsa terra] || ab integre a predicto domum s. Cucufati, et de nostro iure in potestate hoc tradimus servientes ipsius ecclesie tam presentes [quam et successores] ut ab odierno die et tempore libera, in Dei nomine, abeaiit plenam potestatem, cum exio et regressio suo, faciendi exinde quod voluerint [sub regula] || s. Benedicti; in tale videlicet racione ut nos et omnis posteritas nostra teneamus ipsas casas et curtes et terra nostra in [nostro iure cum] || illorum beneficio, et donare faciamus eis ipsa tasca de ipso fruges quod Deus iam ibidem semper dederit per omnes annos. Quod [si ego huius] || donatiortis aut ullusque homo qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat [vindicare], set componat [aut componamus] \\ ipsa omnia superius scripta a domuni s. Cucufati sive eius servientes in duplo cum omni sua [immeliolatione, et hec donacio firmis permaneat] omnique tempore.

Facta donacione ii.º kal. ianuarii, a. iiii. regnante Leutharius rex, filio Lodoici.

S+0 Cecilio; S + m || Ermegilde, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S + m Sanla; S + m Pla[nctarius] S + m [Richilmus].

RAMIUS, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

55.

958 marzo 31.

Segulfo y su esposa Ermesinda dan a San Cugat un alodio que poseían en el castillo de Cervelló.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 47 (n.º xlvi)
A. C. A., Cart., f. 219v, n. 678.

In nomine Domini. Ego Segulsus et uxor mea Ermesinda, donatores sumus ad domum s. Cucufati martir Christi. Manifestuin est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut donare fecissemus ad predicto domum omnem nostrum alaudem quod abemus in territorio Barch., in terminio de castro Cervilione, terras et vineas, casas et curtes, ortos, pomiferos, cultum vel eremum, nostrum proprium, quod abemus per comparacione; omnia hoc donamus ad domum s. Cucufati, ab omni integritate, cum omnem illorum affrontaciones, et cum illorum exios et regressios earum, a proprio, propter Deum et remedium animas nostras et per egritudinem quod venit in corpus nostros, et Deus per sua sancta misericordia et de s. Cucufato, qui inde nos eripuit, et venimus, Deo gracias, ad salutem. In tale capcione hoc donamus omnem nostrum alaulem ab integre, iam suprascriptum, ut longius vite nostre, et de omnes nostros eredes, semper teneamus et laboreraus et exfructemus et de omnes ipsos fructos ipsas tascas per cotidio anno ad domum s. Cucuphati ibidem donemus sine ulla fraude, et nos et nostros eredes. Quem vero hem omnia iam supra inserta, que nos donamus ad domum s. Cucuphati, de nostro iure in sua trademus potestatem, ab omni integritatem, in Dei nomine, abeat plena potestatem. Quod si nos donatores aut ullusque homo, que contra ista donacione pro inrumpendum venerit, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed in primis abeat iram Dei, et cum Iudas Schariothis participacionem accipiat, et componat omnia quantum donamus ad s. Cucufato in duplo, et illorum in-melioraciones, et hec donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione n.º kal. apr., a. iiii. regnante Leutario, rege.

S + m Segulsus ; S + m Ermesinda, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S + m Giscalfredus; Ss. luvela, ss.; S + ra Baldericus; S+m Elde-sindus; S + m Pulcresindus, presbiter, ss.; S+m Ansulfus, presbiter, ss.

Ss. Petrus, presbiter, qui hanc donacione scripsi et ss. sub die et annoquod supra.

56.

958, julio 24.

Daniel otorga al Monasterio unas casas, corralcs, una torre y tierras situadas en el castillo de Olérdola.

REGESTA: BALARI, *Origenes*, 105. — Mas. *Taula*, 252: *Notes*. iv, 48 (n.º xlvii).
A. C. A., Cart., f.,143, n.º 462.

In nomine Domini. Ego Daniel, donator sum domum s. Cucufati cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis meis et placet, nullus quoagentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea hoc elegi michi cum Deo

bona voluntas, ut aliquid de proprietate mea donare fecissem ad domum s, Cucufati, sicuti et facio. +Dono namque ibi+ domos et curtes et torre cum solo et superposito, et illorum closura et terras, cultum et erum, quantum ibidem ereditare debeo per quacumque voce. Et est hec omnia in comitatum Barch., in terminio de castrum Olerdola, in locum que dicunt ad ipsa Ruvira de Fonte Cavallare. Et affrontat hec omnia: de parte orientis in ipso prado et in terra de Genesia, et de meridie in terra de Ervigio, et occidu similiter, et de circi in terra Sigolfo cum suos heres. Quantum istas afrontaciones includunt, omnia ab integre dono atque concedo ad predicto domo vel eius servientes, tam presentes quam et futuri, ab integrum, cum exios et regressios earum, propter Deum et remedium anime mee. Quem vero hec omnia superius scripta de meo iure ad predicto domo trado vel ad eius servientes, ut in Dei nomine oc teneant et possideant secundum auctoritatem regulam s, Benedicti. Quod si ego donator aut ullusque homo qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat ipsa omnia superius scripta in duplo a predicto martiris, vel eius servientes, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore; in tale videlicet racione ut omnibus diebus vite mee teneam et possideam ista omnia et ego et posteritas mea, et donare faciamus sextar. i de forment et alium de ordio, et libra i de cera a predicto domo s. Cucufati et ad eius servientes.

Facta ista donacione viiii, kal. aug., a. iiii. regnante Leutario, rege.

S + m Datiel, qui hanc donacione feci et firmare rogavi; S + m Gontrandus; S + m Undisclus; X Ramius, levita, ss.

Suniefredus, ptesbiter, qui hac donacione scripsi, ss. die et anno quod supra.

57.

959, febrero 4.

Gilmundo, Seniulfo, Gualtario y Cixilone dan San Cugat un alodio que el vizconde Brandovino poseía en Llerona.

REGESTA : MAS, *Notes*, iv, 48 (n. XLVIII). — PERAY, *San Cugat*, 105. — ABADAL, *Els pre-septes*, 183.

A.C.A., Cart, f. 349, n. 1023.

In nomine Domini. Ego Gilmundus, abba, et Seniulfus et Vualtarius, necnon et Chixilone, donatores. Certum quidem et manifestum est enim quia precepit nobis qd. Brandoviti vicescomiti, ut scriptura donacionis fecissemus, sicuti et facimus, a Domino Deo, et s. Cucufato martiris cenobium, qui est fundatus in locum Octaviano, qui distat octavo miliario a Barchinona civitate, de suum alodem quod habebat in Laurona, qui fuit de compara de Georgio episcopo, sive et de|iam|dicto Brandovino vice comiti qui fuit qd. Qui est ipso alode in comitatu Barchinona, in Vallense, in terminio de Laurona; qui nobis advenit hec omnia per manumissoria de qd. Brandovini, vicecomiti, quod ille nobis iussit vel firmavit in suum testamentum, et nos iudicium exinde obligavimus a sserie condicionis, ordinante iudice. Sic donamus iam dicto alode, sicut superius insertum est, a domino Deo et s. Cucufato cenobium, sive et in manus domno Bonus homo,

abba, sive successores ipsius ecclesie, quemadmodum ibidem Deo servituri sunt, ut deinceps teneant et possideant, et usque in perpetuum vindicent, propter Deum et remedium anime de qd. Brandovini, vicecomiti, una cum exio vel regressiis earum, sicut in suas scripturas resonat. Quod si nos donatores manu-missores, aut ullus quislibet homo, qui contra ista donacione venerit pro in-rumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat ipsum alodem in quadru-plum cum omni sua inmelioracione, et in antea ista donacio in omnibus obtineat firmissimam roborem.

Facta ista donacione iin. non feb., a. v. regnante Leutario rege, filio Ludovici regi.

Quilmundus, abba adque levita, ss.; Seniulfus, ss.; S + m Vualtario; S + m Chixilone, qui hanc donacione fecimus et testes firmare rogavimus; S + ni Ermenricus; S + m Attone; S + m Altimirus.

VUADAMIRUS, hac si indignus sacer, qui hanc donacione scripsi et ss, sub-clie et anno quod supra.

58.

959, octubre 7.

Centello otorga al Monasterio la heredad que poseía en Villa Garrosa, a la parte opuesta del Llobregat.

RKGESTA: MAS, *Notes*, iv, 49 {n.º XLIX}.— AESBICHER, *Etudes*, 27, 32.

A. C. A., *Cart.*, f. 223, n. 693.

In nomine Domini. Ego Centullus, donator sum ad domum s. Cucuphati martiris, qui est situs in locum que dicunt Octaviano ab urbe Barchinona. Manifestum est enim quia dono ibidem ad predicto domum omnem ipsam meam hereditatem de ipsas terras qui sunt in territorio Barch., in terminio de Villagarrosa, ultra alveo Lubricato; sic dono totam ipsam meam hereditatem quod ego ibidem hereditare debeo per quacumque voce ad predicto domum s. Cucuphati martiri Christi propter Deum et remedium amme mee, et iure ipsius servientes extrado, cum exio et regressio suo, a proprio, et cum earum afrontaciones de omnesque partes. Et qui ista donacione inrumpere temptaverit, componat iam dicta omnia in duplo ad domum s. Cucuphati, vel ad eius servientes et eius inmelioratione. Et hec donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione non. oct. a. vi. regnante Leuthario rex.

S + m Centellus, qui hanc donacione fecit, et firmare rogavit; S + m Tirino; S + m Teudisclus; S + m Vuimara; S + m Baldomare; Altemirus; S + m Vuidamirus,, subdiachonus.

S + m Suniefredus, presbiter, scripsi et ss. die et anno quod supra.

59.

959, octubre 31.

Bonhome (Alarico) y su esposa, testamentarios de Imula, dan a San Cugat una yugada de tierra situada en Palaudaries.

REGESTA-. MAS, *Notes*, iv, 49 (n.º L).

A. C. A., Cart., f. 371 v, n. 1076.

In nomine Domini. Ego, Bonushomo, que vocant Alaricus, Salla, donatores sumus a domum s. Cucuphati mr. modiatia i. de terra, qui est in comitato Barch., in terminio Palazdarias, et advenit nobis per causam elemosinariam unde iudicium oblicatum tenemus, infra metus temporum. Et afrontat: de circi in terra de Salamon, de aquilonis in strada, de meridie, de occiduo in terra de Salla. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic donamus ipsa terra ad domum s. Cucuphati, propter Deum et remedium anime de qd. Imula, totum ab integrum, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si uos donatores, aut ullusque homo qui contra anc vinea ista donacione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ipsa terra in duplo cum omnem suam immeliorationeni, et anc donatio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione n.º kal. nov., a. vi.º regnante Leutario, rex, filium Leudevici regi.

S + m Alaricus; S + m Salla, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus.

X Taurellus, presbiter, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

60.

959, diciembre 6.

Enneco, viudo de Bella, otorga al Monasterio unas tierras de Cervelló, en Garrosa.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 49-50 (n.º i.i).

A. C. A., Cart., f. 223, n.º 694.

In nomine Domini. Ego Enneco, donator sum ad domum s. Cucuphati mr. Manifestum est enim quia dono ad predicto domo terra, quod michi iussit dare qd. Bella, uxori mea, quando ad extrema venit voluntatem, unde iudicium obligatum teneo infra metus temporum. Et est ipsa terra in comitatum Barch., in terminio de Castrum Cervilione, in locum que dicunt Garrosa. Et afrontat ipsa terra: de oriente in ipso regario, et de meridie in terra de domura s. Vincenti, vel in vla, et de occiduo in via, et de cerci in terra de Richilde, vicescomitissa. Quantum istas afrontaciones includunt, sic dono ad predicto domo s. Cucuphati cenobii, situm in locum Octaviano, vel ad eius servientes, quantum illa ibidem abebat per quacumque voce, cum exio vel regressio suo, ad abere, vel comutare, vel facere exinde quodcumque voluerint, in Dei nomine, firmam abeant potestatem. Quod si ego donator aut ullusque omo, qui

contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ad predicto domo in duplo cum omnem suam in-melioracionem, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione viii. id. dec., a. vi. regnante Leutarius, rex.

S + m Eunego, qui ista donacione fecit, et firmare rogavit; S+m Ferrucio-; S + m Splandunio; S + m Seniuldo.

X Auriplus, presbiter, hec scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

61.

959, diciembre 27.

Adaúlfo, prcsbitero, da a San Cngat la tierra que poseía en Perafita del Vallés.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 50 (n.º LII). — AJISHICHEK, *Etudes*, 30. — PERAY, *San Cugat*, 105.

A. C. A., Cart., f. 381 v, n" 1109.

Eternam in Domihō salutem. Divinis est omo cociens in Domino. Ideo unio debeo tractare consilium unde ante Deum possimus accipere remedium. Ideo ego Adaulfus, presbiter indignus et peccator, timeo diem mortis, cogito schelera atque facinora quod quommisi de ipsa ora quando natus fui usque in omnibus diebus vite me, de omnibus peccatis meis qui comisi aut cogitavi aut feci, incitantē diabulo. Commemorans michi quod debeo cartam facere de aliquid de proprietatem meam ad domum s. Cucufati martiris Domini nostri Iesuchristi, in cuius basilica corpus eius requiescere videtur, et est situm in loco que nuncupant omnes Octaviano, sicuti et facio. Dono namque ibidem terra mea propria quod abeo in comitato Barch., in Vallense, in terminio de villa Petra Fita; qui michi advenit per mea comparacione. Afrontat: de circi in terra de predicta domum s. Cucufati, sive de Villara, presbiter, et de aquilonis in terra quod fuit qd. Pauli vel in ipsa via calciada, et de altano similiter, et de occiduo in terra de iam predicta domum s. Cucuphati. Quantum istas afrontaciones includunt omnia hoc trado vel concedo adque dono ad domum prelibati s. Cucuphati, ab omni integritateni, in presencia Landerici abbati, qui est in eius basilica pater monachorum. Ipsa terra ibidem trado abeant exi[n]de potestatem servientes ipsius domum, tam istos presentes quam et eorum successores secundum cannonica auctoritatem, in Dei nomine, abeant potestatem, cum exio et regressio suo, a proprio. Quicumque autem contra ista donacione venerit pro inrumpendum, in primis ira Dei omnipotentis incurrat, et ad liminibus sancta Dei Ecclesia extraneus fiat, et ad corpus et sanguinem Domini nostri Iesuchristi non fiat dignum accipere, et cum Iuda traditore participationem accipiat die noctuque vel ora, et sic fiat maledictus sicut fuit Datan et Abiron, qui terram absorbuit, et sic fiat sicut Zaroen et Arfaxat cultores idulo, qui in carbone conversi fuerunt in passione apostolorum Simonis et Iude, et submergat illum Deus, sicut submersit Sodomam et Gomorram, et sicut submersit Simon magus propter orationem apostolorum Petri et Pauli, et sic fiat maledictus et consumptus, sicut fuit Galerius cum suis idolis, et insuper pro temporali iudicio componat quantum hec resona{t} in duplo, et anc donacio firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta hec carta donacionis vi. kal. ianu., a. vi. regnante Leotario, rege.

In tale captione, ut in omnes dies mei, si ego eam voluero laborare, sine blandimentum de ullum hominem eam tenean et faciam exinde servitium, sicut mihi melius visum fuerit, aut ego, aut successores inei ego Aduulfus facio ista ratio et firmo mea propria manum. S+m Aduulfo, presbitero, qui ista donacio fecit et firmare rogavi, ss.; Ss. Recosindo Deo, ss.; S+m IOANNES, sacer, rogatus supscripsit; Ss. Ioanne, ss.

X Leo, presbiter, qui hec scripsi cum litteras superpositas ubi dicit "vel in ipsa via calciada" et ss. sub die et anno quod supra.

62.

961, abril 3.

Los herederos testamentarios de Recosindo hacen donacion al Monasterio de un campo de lino del termino de La Roca del Vallés.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 50-1 (n.º LIII).

A. C. A., Cart., f. 378, n.º 1096.

In Dei nomine. Ego Felix, Suniarius, Ielesinda, qui sumus elemosinarii de qd. Recosindi, donatores sumus a Deum et domum s. Cucuphati linare meo subreganeo propter remedium anime Recosindi; qui nobis. avenit per iudicio que nos obtineamus obligatum, ordinantes iudices, vel per nostras condiciones. Et est in comitatum Barquinonense, in Vallense, in terminio de ipsa Roka; et infronta ipso linare: de oriente in ipso rego et de meridie in terra Pacarella, et de occiduo in terra Suniario, et de circi in terra filios Bonissindus; donamus tibi a Deum et a domum s. Cucuphati iam dicta terra quantum in istas afrontaciones condudunt, ab integrum, unde ab odierno die et tempore domus Domini onoratus permaneat; abatis quoque et monaci qui ibidem sunt Deo servientes teneant et exfructificent sicut alios suos alodes et munificenciis exfructifcentur. Quod si nos donatores aut ullius homo, qui ista donacione venerit ad inmpendum, in primis iram Dei incurrat et cum luda, qui Deum tradidi, abeat participatione in secula seculorum. Amen. Fiat, fiat.

Facta donacione iii.º non. apr., a. vii. renante Leotario regi, filio Leodevici.

S+m Felix; S+m Suniario; S+m Ielesinda, qui anc donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Egofredus; S+m Alam; Ss. Iohannes, presbiter, ss.

X. Vuidisclus scripxi et §s. sub die et anno quod supra.

63.

961, octubre 28.

Romarigo da a San Cugat unas tierras que poseía en Cervelló, tierras que el donante y sus sucesores tendrán como beneficiarios, pagando la tasca.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 51 (n.º liv).

A. C. A., Cart, f. 221 v, n.º 684.

In nomine Domini. Ego Romarigo, donator sum domum s. Cucufati cenobii, situm in locum Octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullius coegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et exontanea, nobis hoc elegit nostra voluntas, ut carta donacione fecissem ad predicto domo de aliquis de proprietatem meam, sicuti et facio; dono ibidem terra mea propria quod mihi advenit per mea compara. Et est ipsa in comitatum Barch., in terminio de Castrum Cervilione. Et afrontat ipsa terra: de oriente in terra de Erguncia et de Fredario vel suos eredes, et de meridie in terra de Miro comte, vel in rio, et de occiduo in terra de Miro comte, et de cerci in terra de Leticia, femina. Quantum istas afrontaciones includunt, sic dono ad predicto domo, vel ad eius servientes, ab integrum, cuni exio vel regressio suo, in tale, videlicet, racione, ut ego et posteritas mea teneamus et exfructemus per beneficium de predictum domum vel de eius servientes, et donemus ibidem exinde ipsa tascha. Quod si ego donator aut ullusque omo, qui contra ista donacione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam ipsa terra ad predicto domo, vel ad eius servientes, in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione v.º kal. nov., a. viii. regnante Leutarius, rex.

S + m Romarigo, qui ista donacione fecit, et firmare rogavit; S + m Petro; S + m Suzela; S + m Nevolendo.

X Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

64.

962, abril 8.

Aryela y su esposa dan a San Cugat unas tierras sitas en Cervelló.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 549. — MAS, *Notes*, iv, 51-2 (n.º i,v).

A. C. A., Cart., f. 222, n.º 687.

In nomine Domini. Ego Argela et uxori mea Traselenda, donatores sumus domum s. Cucuphati mr. Manifestum est enim quia donamus ibi terra nostra, culta vel erma, que nobis avenit per comparacione. Et est ipsa terra in comitatum Barch., in terminio de Castro Cervilione. Que afrontat ipsa terra: de parte cerci in rio, que exinde discurrit, et de oriente in terra de Teuderico, vel eredes suos, et de meridie similiter, vel in terra de nos donatores, et de occiduo in terra de nos donatores, vel in terra de Guiteza. Quantum in istas adfrontaciones includunt, sic donamus ad predicto domo, vel ad eius servientes, cum exio vel regressio suo; in tali vero racione, ut teneamus et possideamus et nos

et posteritas nostra, et donare exinde faciamus per singulos annos ipsa tasca ad predicto domo. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ad predicto domo ipsa terra in duplo, ab integrum, cum omnem in sua melioracione, et in antea ista donacione firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione vi. id. apr., a. viii. regnante Leutarius, rex.

S + m Argela; S + m Traselenda, nos qui hanc donacione iecimus, et firmare rogavimus; S + m Sabado, que Vocant Mirone; S + m Tidela, que vdcat Maszanello; X• Ermenarclus, ss.

X Cristianus, presbiter, hec scripsit et ss. snb die et anno quod supra.

65.

963, marzo 30.

Mir, conde y marques, vende a Ennego (Bonfill) el castillo de Masquefa con sus terminos y primicias, pero haciendo algunas excepciones.

REGESTA: MAS, *Notes*, in, 126, 136; *Notes*, vi, 192-3 (n.° MCCXXXVIII).

A. C. A.. Cart., f. 165, n.° 535.

In nomine Domini. Ego Mirone, gratia Dei comes et marchio, vinditor sum tibi Ennego, que vocant Bonofilio, emptore. Per hanc scriptura vindicionis mee vindo tibi castrum Machizepha, simul cum fines et terminos suos, et cum ipsa parrochia s. Petri eiusque ecclesia, et cum primiciis et decimis earum termines, exceptus ipsum alaudem de Ramio vel de Maniberto et de Viataro, que hodie abent, exceptus ipsas decimas et primicias iam dictas; qui michi advenit de genitores meos, Et est in comitatum Barch. Et affrontad ipsum castrum cum suos termines: de parte orientis in terminio de Apierola minoris, vel de castrum Vetulo, de meridie in terminio de predicto castulo Vetulo, vel in terminio de castrum Gellito, de occiduo in terminio de castrum Subiratos, vel in terminio de Apiera maiore, de circi in terminio de Apiaria maiore predicta vel in terminio de Casteleto, qui est alaude s. Cucuphati, sive in terminio de Apierola minore. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic vindo tibi predicto castro Magzepha et cum ipsa ecclesia s. Petri cum eorum decimas et primicias, hac eorum oblaciones apud suas terras, cultas vel ermas, cum omnes arbores qui ibidem sunt, pomiferis et glandiferis, et ipsos boschos, ortis, ortalibus, superregum et subtusregum, fontes et aquas, pratis, pascuis, garricis, montes valles, cultum vel eremum, erectum vel declivum, quicquid dicit vel nominari potest, ab omni integritate, exceptus hoc quod superius resonat ipsos alaudes de Ramio vel de Maniberto et de Viataro, sicut suprascriptum est, in propter precium solidos mille, quod tu emptor michi dedisti, et ego vinditor de presentem manibus meis accepi, et nichil de ipso precio apud te emptor non remansit; est manifestum. Quam vero predicta hec omnia que tibi vindo de meo iure in tuo trado dominio et potestate, ab omne integritate, ut quicquid exinde facere vel iudicare volueris, libera, in Dei nomine, abeas potestatem, cum exio et regressio earum. Quod si ego vinditor, aut que ullus homo, qui contra hanc vindicione ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare,

sed componat, aut componam tibi hec omnia quod superius resonat in duplo cum omnem suam immelioracionem, et in antea ista vindicio firmis permaneat omnique tempore..

Facta vindicione iii. kal. apr. a. viiii. regnante Leuthario rege.

|+Miro, comes, +, qui hanc vindicione feci et firmare rogavit; Ss. Vuillemus, ss.; Ss. Georgius, ss.; Ss. Alfredus, presbiter, ss.; Ss. Galindus; Ss. Isimburtus, ss.

X BRADILA, presbiter, qui hanc vindicione scripsit, ss. cum litteras superpositas in titulum XII et die et anno quod supra.

66.

963, abril 4.

El conde Mir vende a Bonfill unas tierras y vinas con casas y corralcs, situados en el termino de Mata, entre Argentona y d "Torrente Malo".

REGESTA: BALARI, *Origenes*, 139. — CARRERAS, *Arentona histórica*, 14. — MAS, *Notes*, iv, 52 (n.º LVI).

A. C. A., Cart., f. 317, n.º 948.

In nomine Domini. Ego Miro, gratia Dei comes et marchio, vinditor sum tibi Llonofilio, emtore. Per hanc scripturam vindicionis mee vandoque tibi terras et vineas, casas et curtes, ortos, pomoniferos, cultum vel eremum * quod michi advenit hec omnia per mea comparacione. Et sunt ipsas terras et vineas, casas et curtes, ortos, pomiferos, cultum vel erenium * in pago Barch., et in Maritima, in terminio de Mata et in suas egecencias de terminio de Argentone usque in terminio de Torrente malo, et de terminio de Duos rios usque in ipsa mare; omnia hec tibi vando infra istas afrontaciones, quantum emi de Guitardo et de uxor sua Griberga, ab imtegre, in propter precio sol. D.^{tos} de argenti, et de ipsa precia aput te emptore non remansit; est manifestum. Quem vero predictas terras et vineas, et casas et curtes, ortos et pomoniferos, cultum et eremum que tibi vando, de meo iure in tuo trado dominio et potestatem, ab omni integritatem, ad omnia quecumque facere vel iudicare volneris, in Dei nomine, abeas potestatem, exios et regresios earum, a proprio. Et qui contra ista vindicione pro inrumpendum venerit, coponat aut componam tibi hec omnia suprascripta, que tibi vando, in duplo cum illorum immelioraciones, et hanc vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione ii.º non. apr., a. viiii. regnante Leutario, rege.

+ Miro comes +, qui anc vindicione feci et firmare rogavi; Ss. Georgus, ss.; Ss. Platianus, presbiter; Ss. Isimbrcraisus, ss.; S + m Eldemare.

Ss. Petrus, presbiter, qui hanc vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

67.

963, diciembre 27.

Sigofredo y Blidgario otorgan al Monasterio un molino que lego al mismo el difunto Richario,

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 52 (n. LVII).

A. C. A., Cart., f. 224 v, n.º 699.

In nomine Domini. Ego Sigofredo et Blidgario, donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobii. Donamus ibidem molino quod nobis ibidem iussi dare qd. Richarii quando ad extrema venit voluntatem, unde nos iudicium obligatum tenemus infra metus temporum; donamus ibidem molino cum suum caput aquis, et sua resclausa, et regum et subtusregum, et solo et superposito, et suas molas, et suos ferros, et cum omnes suas agencias; et afrontat hec omnia: de oriente usque in ipso rio, et de meridie similiter, et de occiduo in cacavo de molino de s. Maria, et de cerci in terra que fuit de qd. Richario vel de Adalsinda vel de Firbilo. Quantum istas afrontaciones includunt, sic donamus ad predictum domum vel ad eius servientes in ipso molino ipsa svia porcione, quantum ille ibidem abebat per quoccumque voce, ab integrum, cum exio vel regressio suo, ad abendi, vindendi, donandi, comutandi, vel faciendi exinde quod voluerint, in Dei nomine, firmam abeant potestatem. Quod si nos donatores aut ullusque homo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ipso molino, sicut superius resonat, ad predicto domo, vel ad eius servientes, in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione vi. kal. ian., a. x.º regnante Leutarius, rex.

S + m Sigofredo; S + m Blidgario, qui ista donacione fecimus, et firmare rogavimus; S + m Sperandeo; S + m Vuimara; Eldericus, ss.

X Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

68.

963, diciembre 30.

Los herederos testamentarios de Gontardo, llamado Bonushomo, dan a San Cugat la heredad que el difunto poseía en Gallechs.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 53 (n.º LVIII).

A. C. A., Cart., f. 377, n.º 1092.

In nomine Domini. Ego Geribertus, presbiter, et Sisoaldus, utrique fratres, et ego Auriolo. Certum quidem manifestum est enim quia precepit nobis qd. Gontardo, que vocabant Bonus homo, per suum testamentum unde nos iudicium obligatum hoc tenemus infra metus temporum, a serie conditionis factus, ut carta donacionis fecissemus ad domum s. Cucuphati de sua terra propria sua ereditatem, quod abebat in pago Barch., in Valense, in terminio de Galcus, sicuti et fadmus. Hoc donamus iii ipsa terra sua porcione qualem illi ibidem abebat ad predicto domum, ab integre, cum suo exio et regresio, et suas afrontaciones, a proprio, propter Deum et remedium anime de qd. Gontarde;

vero predicta terra sua porcione iam dicta que donamus ad domum s. Cucuphati, de nostro iure in eius hoc trademus potestatem, et de suos servientes; et qui contra ista donacione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed, componat aut componamus ipsa terra in duplo ad predicto domum et sua immelioracione, et anc donacio firmis pernianeat omnique tempore.

Facta donacione iii.º kal. ian., a. x.º regnante Leutario, rege.

S + m GERIBEETUS, presbiter, ss.; X Sisoaldus; X Auriolus, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus, ss.; S+m Senderedo; S + m Willera; S + m Bellus.

Ss. Petrus, presbiter, qui han donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

69.

964, euero iy.

Aliemundo da a San Cuyat unas casas y un corral, máa unas viñas que poseía en Cervelló.

REGESTA: MAS, *Notes*, TV, 53 (n.º LIX).

A. C. A., Cart., f. 221 v, n.º 686.

In nomine Domini. Ego Aliemundo, donator sum ad domum s. Cucuphati cenobii. •Manifestum est enim quia dono ibidem acl predicto domo casas, et curte, et terra, et vinea que mihi advenit, aliquis per prisione et aliquis per mea comparacione. Et est hec omnia in comitatum Parch., in terminio de Castrum Cervilione. Et afrontant ipsas casas, et ipsa curte, et ipsa terra que ibidem est: de oriente in ipsa rocha, et de meridie in via, et de occiduo et de cerci in ipsa rocha; et ipsa vinea et ipsa terra erema, que ibidem est, afrontat: de oriente in vinea de Daniel, et de meridie in via, et de occiduo et de cerci similiter in via. Quantum istas afrontaciones includunt, sic dono ad predicto donio vel ad eius servientes, ab integrum, cum exio vel regresslo suo, ad aberc vel facere exinde omnia quod voluerint, in Dei nomine, firmam abeant potestatem. Quod si ego donator, aut ullus omo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam ibidem ad predicto donio vel ad eius servientes ipsa omnia superius scripta in duplo cum omnem suam immelioracionem, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione x.ºiiii.º kal. feb., a. x. regnante Leutarius, rex.

S+m Aliemundo, qui ista donacione fecit, et firmare rogavit; et dono ibi-ilem tonna i maiore, et cubo i minore, et parilio i de portadoras; S + m Scluva; S + m Girolmo; S+m Ermenarus.

X Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss, sub die et anno quod supra.

70.

964, febrero 15.

Adalsinda otorga al Monasterio un molino que poseía en el río de Cervelló.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 53-4 (n.º LX).

A. C. A., Cart. f. 224 v, n.º 701.

In nomine Domini. Ego Ermengarda, femina, donatrix sum ad domum s. Maria, qui est in kastrum Felix. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut nullus quoque quoegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria mea expontanea hoc elegi cum Deo bona voluntate, ut ad predicto domo donare fecissem aiiquid de alaudem meum, sicuti et facio. Dono

namque ibi vinea mea propria modiatā i qui mihi advenit per mea comparacione; et est ipsa vinea iii comitatu Barch., in terminio de Erapruniano, que affrontat: de orientis in terra erma de Nadesirida, femina, vel eredibus suis, de meridie in terra erma, de occiduo in via, de circi in vinea de iam dicto domo vel in vinea de iam dicta Nadesinda, femina, vel heredibus suis. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono ipsa vinea ad predicto domo vel ad eius servientes, ab integrum. Quem vero predicta ipsa vinea que ad predicto domo dono, in eius trado dominio et potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si ego donatrix, aut ullusque homo, qui ad ista donacione venerit ad inrumpendum, non valeat vmdicare, set componat, aut componam ipsa vinea ad predicto domo in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione iii. kal. oct. a. x.ºiiii.º regnante Leutario, rege.

S+m Ermengarda, femina, que ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Eizo; S+m Reinallus; S+m Galindns.

Ss. WADAMIRUS, levita, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

90.

969, mayo 6.

Savila y sus hijos otorgan al Monasterio unas tierras que poseían junto al Llobregat, en el lugar llamado Cervelló.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 62 (n.º LXXIX). — PERAY, *San Cugat*, 106.—ABADAL, *Els diplomes*, 183.

A. C. A., Cart., f. 222 v, n.º 691.

In nomine Domini. Ego Savilo, femina, et filiis meis nomine Eimila et fratri meo Exemeno, que vocant Roso. Manifestum est enim quia comutamur domo s. Cucuphati martir cenobili, que situm est in loco Octaviano, et vobis domno Poncius abba, vel successores eius, comutamur vobis terra nostra pro alia terra vestra quod abetis in castro Cervilione, in eius terminio de ipso monasterio; et est ipsa terra, quod vobis donamus in vestra comutacione idem modiatas viii quod abemus in territorio Barch., iusta alveo Lubricato, ubi dicunt Castellione; et advenit nobis, a me Savilo, per comparacione et per decima, et nos filios per genitores nostros. Que affrontat ipsa terra: de parte circi in via qui exinde pergit, et de aquilonis in terra de Sanla et eredes sups, et de meridie et de occiduo in terra de nos comutatores. Quantum in istas affrontaciones includunt sic donamus vobis ipsa terra modiatas viii aput solidos cc pro ipsa vestra terra quod superius resonat, una cum exio vel regressio suo, et nihil exinde non remansit, est manifestum. Quem vero predicta hec omnia, que vobis comutamur, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem ad abendi, vindendi, comutandi ut quiquit exinde facere vel iudicare quod volueritis libera, in Dei nomine, plenam abeatis potestatem, ad proprio. Quod si nos comutatores aut ullus homo vel de heredibus nostris, aut quislibet homo subposita persona, qui contra hanc comutacio ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis bec omnia, quod supra resonat.

in dupJo, ab integrum, cum omnem suam inmelioracione, et hanc comutacione firma et stabilis permaneat modo et omnique tempore.

Facta comutacione ii.º non madi, a. x.ºv.º regnante Leutarius, rex.

S + m Savilo, ss.; S + m Emila; Exemeno, ss., nos qui hanc comutacione fecimus et firmare rogavimus; S + m Daniel; S + m Baio; S + m Ermenardus rogatus, ss.

X Cristianus, presbiter, hec scripsit cum litteras superpositas in verso vct ss. sub die et anno quod supra.

91.

970, febrero 25.

Ramio, presbitero y monje, hace donacion a San Cugat de las casas, corrales y tierra que poseia en Rexach.

REGESTA: BALARI, *Origenes*, 14. — MAS, *Taula*, 413; *Notes*, iv, 63 (n.º LXXXI). — AESGICHER, *etudes*, 156.

In nomine Domini. Ego Ramius, presbiter et monachus, donator sum ad domum s. Cucuphati cenobii cuius corpus quiescit, et domum fundata est in comitatu Barch., in locum Octaviano. Manifestum est enim quia sic placuit animis meis, et placet, ut ad predictam domum aliquid de proprietate mea donare deberem, sicuti et facto. Dono ibidem domos meos cum curte, et terra qui de subtus domos est, qui mihi advenit per mea comparacione. Et sunt ipsos domos et curte et terra in comitatum JBarch., in locum Caldense, in villa Rexago. Et affrontat ipsos domos curte et terra: de parte orientis in terra de nepotos meos, de meridie in via, de occiduo in terra de Francho et de Audesmda, et de circi in terra de nepotos meos sive in terra de Senderedo. Quantum infra istas affrontacion.es includunt, sic dono ad predicto domo ipsos domos et curte, et in ipso campo ad ipso capo superiore, prope ipsa curte, sortes u qui mihi tetigerunt, ab integrum, et de meo iure in eius trado dominio et potestate ad ipsius servientes tam isti presentes quam et futuri, integriter, una cum exio et regressio suo. Quod si ego, donator, aut ullusque homo qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, componat aut componam hec omnia in duplo cum omne siiam inmeliorationem, et ista donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione v.º kal. marc., a. x.vi. regnante Leutario, rege, filium Lodoici.

X Ramius, presbiter et monachus, qui hanc donacione feci et firmare rogavi, ss.; S + m Adruarius; S + m Trasoarius; S + m Ennego.

^ Odone, levita, qui hanc donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

92.

970, junio 1.

Lobelo y su esposa e hijos dan a Santa Maria de Arampruñá un alodio que poseían en Castell Rodanes o Castelldefels, (Cfr. n. 84.)

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 63 (n.º 1.332).

A. C. A., Cart., f. 273, n.º 842.

In nomine Domini. Ego Lobellus et uxor mea Juliana, femina, et filios meos, id est, Recosindo e Suniario. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et spontanea nobis hoc elegit cum Deo bona voluntate, ut fecissemus carta de nostrum alodem ad domum s. Maria cenobii, quod est sita in comitatum Barch. sive in terminio de castro Rodanas, que vocant Eraproniano, sive in locum que vocant Castello de Feles; et venit nobis per quacumque voce. Et affronta hec omnia: de circi in via de s. Clemento, et de aquilonis in terminio de Monte Baio, et de meridie in via, et de occiduo in ipso torrente, qui discurrit. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic donamus ad domum s. Maria ipso maso, qui est casale, cum ipso feragenale, et ipsos arbores, ab integrum; et aliud quod remanet, teris et vineis, cultis et ermis, quantum ibidem abemus, aut abere debemus, in tale capciane, <a>ut nos aut posteritas nostra teneamus et posideamus, et ipsa tasca dare faciamus a s. Maria. Quod si nos, aut ullus homo, qui ista scriptura inrumpere voluerit, non hoc valeat vindicare, sed componam aut componamus hec omnia in duplo cum omnem earum in melioracione, et in primis ira Dei incurrat et cum Iudas Scariotbis participacionem accipiat, et ex liminibus s. clesie extraneus fiat.

Facta donacio die kal. iunii, a. x.vi. regnante Leutarius, rex.

S + m Lobellus; S + m Juliana; S + mu Recosindo; S + m Suniario, nos qui bec fecimus et firmare rogavimus; S + m Jelmiro; S + m Petrus Vives.

XELDERICOS, presbiter. qui hec scripsi cum literas superpositas in verso primo ss. die et anno quod supra.

93.

970, junio 12.

Diosdado y su mujer donan a San Cugat unas tierras y unas viñas situadas en Plegamans.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 64 (n.º 1.333). — AILSBICHER, *Etudes*, 96.

A. C. A., Cart., f. 368, n.º 1063.

In nomine Domini. Ego Deodado et uxori mee Elaria, donatores sumus s. Cucuphati martir Christi terra et vinea. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus choqueaiensis imperio, nec suadentis inienio, sed propria spontanea nostra hoc elegimus cum Deo bona voluntas, ut ad s. Cucuphati cenobii carta donacionem fecissemus, sicuti et fecimus, de terra et vinea quod abemus in comitatum Barch., in Valensis, infra termine de Plegamanus. Et afrontat ipsa vinea; de orientis in ipso margine de nos donatores,

et de meridie in termine de Gallecus iusta vinea de Sendredus, et de occiduo in vinea de Ansalon. Et afrontat ipsa terra; de orientis in terra de Sperandeo vel suos eres, et de meridie in torrent de Guiliarane, et de occiduo in ipso rio, et de circi in terra de Agabio. Quantum infra istas afrontaciones includunt sic donamus ipsa terra et vinea a domum s. Cucuphatl, in tale videlicet ratione quod in diebus nostris nos teneamus et possideamus in subiescione de s. Cucuphati, et de ipsa terra dare faciamus ipsa tasca et ipsa decima, et de ipsa vinea et de ipsos fructos quod Deus ibidem dederit dare faciamus ipsa medietate et post obitum nostrum similiter teneant filiis nostris vel proienia nostra in subiescione de s. Cucuphati, sicut superius resonat, cum exiis vel regressiis earum; et est manifestum. Quem vero predicta terra et vinea, que nos donamus, de nostro iure ad s. Cucuphati ipsa terra et vinea tradimus dominio et potestatem, sicut superitis resonat. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista carta donacione venerit pro inrumpenduni, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ad domum s. Cucuphati, ipsa terra et vinea in duplo cum omnem illorum inmelioraciones, et in antea ista carta donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta carta donacione iuu idus iunii. a. xvvi. regnante Leutario, rege.

S+m Deodado; S+m Elaria, qui ista carta donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Bellellus; S+m Ariolfo; S-f-m, Randolpho; S+m Sentore; S+m Livirus.

Ss. BAIO scripsi et ss. die anno quod supra.

94.

971, enero 27.

Esteban y Ortol, sacerdote, dan a Santa Maria de Castelldefels una pieza de tierra que poseían testamentariamente en Arampruñá.

MAS, *Notes*, iv, 62-3 (n.º LXXX).

A. C. A., Cart., f. 274, n.º 846.

In nomine Domine. Ego Stevano et Auriolus, presbiter, donatores sumus a domum s. Maria, mater Domini nostri Iesuchristi, qui est sita in castrum que vocant Felix. Manifestum est enim quia donamus a predicto domo vel ad eius servientes, modiata *i* de terra, quod habemus in comitato Barch., in terminio de Erapruniano, que nobis advenit per iudicium quod abligatum tenemus; qui afrontat ipsa terra: de circi et de aquilonis in terra de Altemiro vel eres suos, et de meridie iu terra de Reinards et de occiduo in terra de domum s. Maria. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus a predicto domo vel ad eius servientes modiata *i* de terra, ab integrum, cum exio et regressio suo, a proprio. Quod si nos donatores aut ullus homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendurn, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus a predicto domo vel ad eius servientes ipsa terra in duplo cum omnem suam inmelioracione, et insuper iram Dei incurrat, et cum ludas Schariothis participacionem accipiat, et in avantea ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione vi. kal. feb., a. x.ºvii. regnante Leutarius, rex.

S + m Stevano; Auriolus, presbiter, qui hanc donacione fecimus et lirmare togavimus; S + m Anla., moonacus; S+m Rromaldus.

X Auriolus, presbiter, qui hanc donacione scripsi et feci ss. die et anno quod supra.

95.

971, mayo 2.

Giscafredo y su esposa venden a Mamberto una tierra que poseian en Masquefa.

A. C. A., Perg. 37 San Cugat, fondo Monacales. Orig.

[In nomine Domini. E]go Giscafredo et uxori sue Marta. Vinditores sumus tibi Mambertus emtore. Per hanc scriptura vindicionis || [vindi]mus tibi terra nostra propria, qui nobis advenit de comparacione; et est ipsa terra in comitatu Barch. in [termi]no de Castrum Maschizeufa. Et afrontat ipsa terra: de orientis in terra de nos vinditores, et de .meridie in estrada, et de oc [iduo in ter]ra Chixilo, vel suos eres, et de circi in ipsa serra. Quantum istas quatuor afrontaciones includunt de ipsa terra sic vindi[mus vobis] ab omne integretate, cum exio vel regresio suo, in propter precium solid. x in rem valentem non remansit; est mani | [festum. Qu]e vero predicta terra de nostro iuro in tuo tradimus ad proprium. Et qui contra hanc ista carta vindicione venerit || [ad in]rumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat ipsa terra in duplo cum homne suam inmelioracione, et in ante ista [vindicio] firmis permanet omnique tempore.

Facta carta vindicione xii. kal. iunii, a. xvii. regnante Leu [tario re]ge filio Ludovici.

S + m Giscafredo; S+m Marta, qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus. || [S + m Ber]trandus, ss.; S + m Dela; S + m Vuitardus. ||

[S + m R]JECOSINDUS, presbiter, qui hunc vindicione rogitus scripsit et sub ss. sub die et anno quod supra.

96.

971, julio 27.

Emo y otros tres, testamentarios de Petrone, dan a Santa Maria de Castell-defels cierta tierra que poseían en Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 64 (n.º lxxxiv).

A.C. A., Cavt, f. 273 v, n.º 843.

In nomine Domini. Ego Emo, femina, Suzela, Stradeiro, et Engracia, femina. Manifestum est enim quia nos sumus elemosinarii de qd. Petrone; et ille precepit nobis et dixit pro timore Dei et remedium anime sue fecissemus cartam legitimam de terra ad domum s. Maria, que est in Castello de Feles; et avenit nobis per indicium quod nos abligatum tenemus. Et est in comitatum Barch., in terminio de Castro Erapruniano, sive in terminio de Castello de Feles. Et affronta: de circii in ipsas petras tres naturales, et de aquilonis in

terra de Geriberto, et de meridie in terra de Emo, vel filios suos, et de occiduo in torrente sive in terra de Emo, vel filios suos. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic donamus nos ipsa terra a domum. s. Maria, propter Deum amorc et remedium anime Petrone, qui est qd. Et qui ista scriptura inrumpere tentaverit in vinculo componat ec omnia in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione vi.º kal. agust., a. x.ºvii.º regnante Leutarius, rex.

S + m Emo; S+m Suzela; S + m Stradero; S+m Engracia, nos qui hec fecimus et firmare rogavimus; XBraila, levita; Se. Ss. richelmus X; Ss. Vives ; Ss. Oleresas; Ss. Borellus, presbiter, qui istu signum oppressit de alia tinta, ELDERICUS, presbiter, qui hec scripsi et die et anno quod supra.

97.

973, enero 18.

Eigfredo da a Santa Maria de Castelldefels una viña que poseía en el castillo de Cervelló,

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 64-5 (n.º T,XXXV).

A. C. A., Cart., f. 273 v, n.º 844.

In nomine Domini. Ego Eigfredus, donator sum domum s. Marie, chorum basilica sita est in comitatu Barch., in terminio de castrum Erapruniano, in locum que vocant Castrum Feles. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut aliquit de proprietatem mea donare debeo domum s. Marie, sicuti et facio. Dono ibidem vinea mea propria, quod abeo in comitatu Barch., in terminio de castrum Cervilione. Et advenit michi per mea comparacione vel per quacumque voce. Et affrontat ipsa vinea: de parte orientis in terra vel vinea de Altemiro, de meridie in terra erma de Goltredo, de occiduo in via, de circi in vinea de Seniemirus vel de Muradello. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono ipsa vinea, hab integrum, ad predicto domum s. Maria, de meo iure in potestate hoc trado servientes ipsius ecclesie, tam presentes quam et futuros, ut ab odierno die et tempore libera, in Dei nomine, abeant plenam potestatem, cum exio vel regressio suo, faciendi quod voluerint. Quod si ego donator aut ullus homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componam predicta hec omnia in duplo, cum omne suam inmelioracione ad predicto domum s. Maria sive eius servientes, et hanc donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacio xv.º kal. feb., a. x.ºviii.º regnante Leutario, rex.

S+m Eigfredus, qui hanc donacione feci et firmare rogavi; S+m Ella; S + m Durabile; S+m Livila.

55. Senderedus, presbiter, scripsi et ss. die et anno quod supra.

Galindo da a Sauta Maria de Castldefels un alodio que poseía en Rifá, entre Vilamajor, Alfou, Cardcdeu y Mulnells, un campo de Olérdola y unas villas de Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 65 (n.º LXXXVI).

A, C.A., Cart, f. 335v, n. 988.

Qui est quod humana fragilitas reddere possit fortissimo Deo, aut quod terrena pusilitas dignum offerre suffitiat rerum omnium auctori altissimo, quod utiliter nos quos sola sua bonitate creavit, ita nulla intercedente bonorum operum merita gratuita miseracione a diabolica nos servitute cruoris sui effusione redemit. Verum quia idem d' se ait: Si diligitis me, mandata mea servate. Quia ego illum terribilem formido ut dominum, et ut patrem ipso animo donante piissimum illum preceptum procuro implere quod ipsum credo ipse pro se imperasse quod dicit: Nescit is qua hora dominus domus veniat, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cum veniat repente inveniatis vos dormientes, ne forte, quod absit, non tales inveniatis quales coronare statuit, sed quales ultricibus penis deputare predixit. Quoscumque enim idem finis reprobos repererit, futuris incendiis perenniter cremabit, et quoscumque paratos regno inveniatis, perpetue felicitati decorabit. Et quia post mortem nulli datur penitendi locum, nec boneffaciendi locum habeat, et idcirco: Ego Galindus, dum vivo de rebus meis distraccione sollicitus domino Deo factori meo, et beata Dei genitrice Maria offerre procuro, ut ipsa intercedat ad dominum pro me indigno iam dicto Galindo, et pro uxori mea Ermengarda, et filiis nostris, et pro fratrem meum Bardina, sive et pro seniori meo Mironi, qd., comiti, seu et pro genitori mei et pro genitrice, quia christicolarum more de mortalibus immortalia cupiens emmere, ego pro Dei timore et gehenne evasione, secundum paupertatis mee abitione terrentim tibi, sancta et inviolata virgo mater Domini offero me ipsum, ut pro te apud pium Dominum celeste consequamur beneficium et regnum eternum. Est venerabilis domus ecclesie tue tibi me subdo mancipatum advocatus monasterium in comitatu Barch., in fine Erapruniano, in locum vocitum Castellum de Felix, ubi intra trifarie templum in medium situm est altare venerabile virgo Dei genitrice Maria, dexteram vero partem altare s. Michaelis Arcangeli, levam vero s. Iohannis evangeliste, in quo lo[co] veneranda altaria constructa sunt in honore Petri et Pauli apostolorum principes, dono ibidem meum alaude, quod habeo in comitatum Barch., in Valense, publice vocatum Villa Ripha cum fines et termines suos, ut huius alaude in stipendia sit monachorum et uius templi restauracione. Afrontat autem iste alaude: de parte orientis in terminio de Villamaiore, de meridie vero in terminio de Alfoze, de occiduo autem inlaterat se in terminio de Cardetulo vel in Mulnellos, de circio namque in terminio de Brugarias. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono ad predictum domum ipsum alaudem, cultum vel eremum, cum exios vel regressios eorum. Et advenit michi iste alaudem de seniori meo Mironi qd., comiti, per cartam donacionis quod ille michi fecit, et in alio loco, in terminum de Olerdola, dono ibidem meum campum ipsum, quod fuit de Sigofredo, et in terminum Eraproniano dono ibidem, ad predicto

domo, terras et vineas quod ibidem ab eo per quacumque voce, cum omnes illorum afrontaciones, et cum exiis et regressiis earum. Sic dono ista omnia superius scripta ad predictum domum, iure perpetuo. Et qui hanc curtam donacionis inquirere vel dirumpere voluerit, non hoc valeat vindicare, sed componat in duplo hec omnia superius scripta cum omni sua in melioracione, et hanc donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione n.º non. feb., a. x.viii. regnante Leutario rege, filium Lodoici regi.

Ss. Galindus, ss.; S + m Ermengarda, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S + m Ellam; S + m Suniarius; S + m Ennego.

X Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. die et anno quod supra.

99.

972, abril 4,

Daniel y su esposa, y Savezell otorgan a Santa María, de Castelldefels un alodio que poseían en Begas, término de Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notcs*, iv, 66 (n. Lxxxvii).

A. C. A., Cart., f. 274, n.º 845.

In Christi nomine. Ego Daniel et uxor mea Spetosa et Savezello, donatores sumus domum s. Marie advocatus monasterii qui est situs subtus Eraproniano, in locum vocitum Kastellum de Felix. Manifestum est enim quia placit animis nostris et placet ut aliquid de proprietate nostra donare fecissemus domino Deo et s. Maria sanctique Michaelis archangeli, s. Iohannis, s. Petri, apostolorum principis, s. Pauli, sicuti et facimus. Donamus namque ibidem alodem nostrum proprium quod habemus in comitatu Earch., in termino de Eraproniano, in locum que dicunt Beiges. Et advenit nobis <h>iste alaudem, ad me Daniel et ad me Spetosa per meum x, et ad me Savezello per mea comparacione. Qui affrontat: de parte orientis in terra de Ennego, de meridie in torrente, de occiduo in torrente Adalmare et de suos eres, et de circi similiter. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsum alaudem, cultum vel eremum, ad domum s. Marie vel eius servientes tam presentes quam et futuri ab omnem integritatem, cum exio et regressio suo. In tale videlicet] racione ut omnibus diebus vite nostre teneamus nos et posteritas nostra <h>iste alaudem in nostra potestate et donare faciamus ipsa tasca ad domum s. Marie vel eius servientes. Quod si nos donatores aud ullusque homo qui contra hanc ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus <h>istum alaudem ad domum s. Marie vel eius servientes, et hanc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione ii. non. apr., a. xviii.º regnante Leutario, rege.

S + m Daniel, et uxor sua Spetosa, et Savezello, nos simul in unum, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S + m Spetosa iamdicta; S + m Savezello; S + m Ieremias; S + m Bonushomo; S + m Trasovado. .

X Vuiskafredus, presbiter, qui hanc donacione scripsi cum litteras fusas in verso xii.º et ss. die et anno quod supra.

Bonhome y Ermengarda, su mujer, dan a, Santa Maria de Castelldefels un alodio que poseían en el Pendiç del castillo de Cervelló.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 66 (n.º LXXXVIII).

A. C. A., *Cart.*, f. 275, n. 849.

In Christi nomine. Ego Bonushomo et uxor sua Ermengarda, donatores sumus domum s. Marie advocatus monasterii, qui est subtus Eraproniano, in locum Castello de Felix, prope ipsa mare. Manifestum est enim qui placuit animis nostris, et placet, ut aliquid de proprietate nostra donare fecissemus Domino Deo et s. Maria et s. Michaelis archangeli et s. Iohannis et s. Petri apostolorum principis, sicuti et facimus. Donamus namque ibidem alodium nostrum, cultum vel eremum, cum glandiferis, que ibidem sunt, quod habemus in comitato Barch., in terminio de Castrum Cervilione, in locum que dicunt Pendiç, Et advenit nobis histe alodium a me Ermengarda per meum decimum. Qui affrontat: de parte orientis in ipso rio que discurrit, de meridie in terra de Ermesinda, femina, vel eres suos, de occiduo in ipsa rocha, de circi in terra de Rosso. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus histum alodium ad s. Maria vel eius servientes tam presentes quam et futuri; in tale videlice racione, ut omnibus diebus vite nostre teneamus et possideamus histe alodem in nostra potestate nos et posteritas nostra, et donare faciamus ipsa tascha ad domum s. Marie vel eius servientes. Quod si nos donatores, aut ullusque homo qui contra hista donacione venerit ad inrumpeudum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus histum alodem ad s. Maria in duplo cum omni sua inmelioracione, et hanc donacio firma permaneat omni-que tempore,

Facta ista donacio ii.º non. apr., a. x.ºviii.⁰ regnante Leutario, rege, filium. Ludoici,

S+m Bonushomo; S+m Ermengarda, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Savezello; S+m Scluva; S+m Trasoado.

X Vuiskafredus, presbiter, qui hanc donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

Teudardo y Livol, su esposa, permutan con Juan, abad de San Cugat, todo cuanto poseen del alodio que fue de Sesemundo, de Ermengarda y de Guiltardo y de Dela por una pieza de tierra y viña que les da el Monasterio.

REGESTA: MAS, *Taula*, 402; *Notes*, IV, 67 (n.º LXXXIX). — ABADAL, *Els diplomes*, 183.

A. C. A., *Cart.*, f. 59, n.º 223,

In nomine Domini. Ego, Teudardus, et uxor mea, Livol, comutatores sumus tibi, Iohannes, abba, et fratres tuos monachos s. Cucupbati cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut inter nos comuta-

cionem fecissemus, sicuti et facimus. Donamus namque vobis in vestra comutatione ipsas nostras partes quot habemus in ipso mulino, qui est iuxta Palatio Auzido, cum suo capud aquis et suo rego et subtus rego, et suo mulnare, et curso {vel discurso}, cum terris et viridicariis subreganeis, pratis et pascuis, omnia, quantum habeo de ipso aulode de s. Cucuphati, qui fuit de Sesemundo et de Ermengarda et de Vuitardo usque in flumine Riopullo, et de ipso aulode qui fuit de Dela usque in ipso aulode qui est de Livol, et de Tedberga vel suos heres nostrum proprium, qui mihi advenit, ad me, Teudard, per mea comparacione sive per quacumque voce, et me, Livol, de genitores meos vel per comparacione et per decimum, sive per quacumque voce; omnia, quantum inter ipsos aulodes habemus superius scriptos et ipso flumine, omnia hoc vobis donamus in vestra comutatione pro alia vestra terra et vinea quot vos nobis dedistis, sicut in nostra resonat scriptura quot vos nobis fecistis, et de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem ab omnem integritatem, perheniter habendi, vindendi, donandi, comutandi, vel faciendi exinde quot volueritis liberam, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem, cum exiis vel regressiis earum, a proprio. Quot si nos, comutatores, aut ullusque homo, qui contra ista comutatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam vobis hec omnia in duplo cum sua immelioracione. Et ista comutacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta comutationes viii.º kal. feb., a. x.ºviii.º regnante Leutario, rege.

S + m Teudardus; S + m Luiol, nos qui ista comutatione fecimus et firmare rogavimus; S + m Recosindo; X Eroigijs; X Baldomar, ss.; S + m Adalus, ss-; S + m Vuadamirus, levita, ss.; S + m Bonesemo; S+m Ermenricus.

S+m Ennego, presbiter, qui ista comutatione scripsi et ss. die et anno quot supra.

102.

973, mayo 20.

Bonhome y Adaulfo cmeñan a Pons, abad de San Cugat, una yugada de tierra situada en Cardedeu, por una cantidad de trigo y de cebada.

REGESTA: MAS, *Taula*, 298; *Notes*. 6; (n. xc). — PERAY, *San Cugat*, 106.

A. C. A., *Cart.*, f. 32, n.º 98.

In nomine Domini. Hic est pacto et placito sive et noticia legibus conscriptura quod nos facimus, Bonushomo et Adaulfus, ad te, Poncio, aba, et monacos s. Cucuphati. Manifestum est enim quia debitores sumus vobis sextarios iii de frumentum et sextarios III de ordeo, quod vos nobis dedistis et nos manibus nostris recepimus, est manifestum. Propterea obligamus isto pacto et placito de nostra terra, bovada i, quod habemus in comitato Barch., in terminio de Cercitulo; qui affrontat: de circi, de aqtdlonis, de meridie, de occiduo, in terras de s. Cucuphati. Quantum istas affrontaciones includunt, sic inpignoramus vobis ipsa nostra terra, in tale videlicet ratione, ut ea die quod erit festa s. Felicis ista proxima ventura, sic vobis reddere faciamus ipsa annona placibile, et vos reddere nobis faciatis ista scriptura. Et si ad ipsa festa s. Felicis minime reterimus et ipsa annona vobis non reddiderimus, tunc ha-

beatis plena potestatem de ipsa terra apprehendere, vindere, tenere, vel omnia quecumque facere volueritis maneat vobis firma potestas, cum exio et regressio suo. Quod si nos, inignoratores, aut ullusque homo qui contra isto pacto venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus vobis ipsa terra in duplo cum omni sua inmelioratione, et in antea isto pacto firmis permaneat omnique tempore.

Facto pacto et placito x.^oiii. kal. iunii, a. x.viii. regnante Leutario, rege.

S+m Bonushomo; S+m Aaulfo, que isto pacto fecimus et firmare rogavimus; S+m Sesemirus; S+m Danla; S+m Els.

X Odone, levita et monacus, qui isto pacto scripsi et ss. die et anno quod supra.

103.

974, marzo 20.

Vicente da a Santa Maria de Castelldefels una casa con unos corrales, tierra y viña, que poseía en el castillo de Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 67-8 (n.^o xci).

A. C. A., Cart., f. 267, n.^o 852.

In nomine Domini. Ego Vincencius, donator sum a domum s. Maria, mater Domini nostri Iesuchristi, qui est sita in castrum que vocan Felix. Manifestum est enim quia dono ibidem a predicto domo vel ad eius servientes casa, et curte, et orto cum ipsos arbores, et terra, et vinea, ec omnia quod abeo in comitato Barch., in terminio de castrum que vocatit Eraproniano, que mihi advenit per mea comparacione; qui afrontat ec omnia: de circi in terra de Geribertus vel eres suos, et de aquilonis in via, et de meridie in terra que fuit de Sperandeo, qui est qd., et de occiduo in rio qui discurrit aqua. Quantum in istas afrontaciones includunt omnia [h]oc tibi dono a predicto domo vel ad eius servientes, casa cum curte, et orto cum ipsos arboribus, et terra culta et erma et vinea, et iure eam trado secundum canonicam auctoritatem, ec omnia, ab omnem integritatem, ut eam faciant ipsos servientes in servicio de predicto domo, sicut illorum continent societatem in illorum voluntatem, abeatis potestatem, cum exios et regressios illorum, a proprio. Quod si ego donator aut ullus homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, non [h]oc valeat vindicare, sed componat, aut componam a predicto domo vel ad eius servientes ec omnia in duplo, cum omnem earum inmelioratione, et anc donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione x.iii.^o kal. apr., a. xx.^o regnante Leutarius, rex.

S+m Vincencius, qui hanc donacione feci et firmare rogavi; S+m F.lias; S+m Golteredus; S+m Longovardus.

X Auriolus, presbiter, qui anc donacione scripsi, cum literas fusas in versos ubi vides, ss. die et anno quod supra.

Guifredo, único superviviente de los testamentarios de Bulgarano, entrega a San Cugat una viña y una heredad situadas en Villa Romanedo y los bienes inmuebles que el difunto poseía en Gallechs y eu Orriuis, más otras cosas.

REGESTA: CARREKAS, *Argentona*, 89; *Lo Castell de la Roca*, 142.—BALARI, *Origenes*, 49, 618, 633.—MAS, *Taula*, 300; *Notes*, iv, 68 (n.¹ xcii)

A. C. A., Cart, f. 34, n.º 106.

In nomine Domini. Ego, Aduulfus, levita, et Iohanne, presbitero, et Vulfredo, presbitero, que vocant abas. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Bulgarane, presbitero, per suum testamentum unde iudicium obligatum est infra metus temporum a serie conditionis editus, ut cartam donationis fecissemus ad domum s. Cucuphati .martiris, cuius monasterium situs est in comitatu Barch., in terminio de villa Cerdaniola. Set ingruente morte ad Aduulfo, levita, elemosinario de qd. Bulgarane, presbitero iam dicto, et Iohanne, presbitero, que exilio petivit, et propter multas moras tardavit, ista scriptura ad faciendum ad iam dicto cenobio. Set ego. Uulfredus, presbiter, que vocant abas, solus relictus, dono ad domum s. Cucuphati monasterii omnia, sicut suo testamento resonat, unde iudicium obligatum est. Id est, vinea, quod habebat in terminio de villa Romanedu, simul cum ipsa hereditate de ipsa terra quod habebat iuxta ipsa vinea, qui est vicina de vinea de fratri suo Servo Dei, et de vinea Argemiro, vel de Garvino, et iniungit in ipsa via. Et iterum dono ibidem omnia quod ille habebat infra terminio de villa Galegus quod ibidem ille tenebat ad diem mortis sue; et iterum dono omnia quantum ille habebat infra terminio de villa Orreos, cultum vel heremum, casales et suas pertinentias, et tonna i, tenente kasivos xx, et cubo i.º, et parilio i.º de boves, et ipsa arada apud ipsas emente et canadas ii. Hec omnia dono ad iam predicto monasterio propter amorem Dei et remedium anime de qd. Bulgarani, presbiteri iam dicti, ut ab hodierno die et tempore quiete et secure in antea hoc teneant, et exquirant, laborent, et exfructent servientes de iam dicto monasterio que ibidem fideliter vigilant in Dei servitio, tam presentes quam et sequentes eorum, a proprio, de predicto monasterio, cum eorum affrontaciones, et exios et regressios earum. Et qui ista donatione ad me facta inrumpere temptaverit, eadem feriatur sententia que sacrorum canonum docent sive constringunt; et ista donatio ad me facta firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione vi. id. apr., a. xx.º regnante Leuthario, rege.

X Uulfredus, presbiter, que vocant abas, qui hac donatione feci et testes firmare rogavi; S+m Gerulmo; S+m Eldredus; S+m Petrus.

S+m Oliba. presbiter, qui ista donatione scripsi cum litteras fusas in verso ii. et ss. die et anno quod supra.